

Socrates se omnium *rerum inscium* fingebat &  
*rudem*. Cic. in Brut.

Unum hoc scio, hanc meritam esse ( de te ) ut  
*memor esses sui*. Ter. And. 1.5.

\* Qui alienarum *rerum* est *solicitus*, plerumque  
*negligens est suarum*.

Plerumque evenire solet, ut nos *homines anxii*  
*futurorum bonorum*, *immemores* simus  
(obliviscamur) *praesentium*.

Verus Christianus *letus* vivit *praesentis gratiae*  
Dei, & *securus futurae aeternae gloriae*.

*Inexpertus* ( *imperitus* ) *infortunii*, alios parum so-  
labitur.

*Dubius thesauri divini*, *ignarus* est *immensi amoris*  
mei.

*Consciens mali*, *timidus* est *lucis*.

*Pauci* reperiuntur, *beneficiorum* qui sint *memores*.

*Expertus* ( *peritus* ) quis potest esse *belli*, & *rudis*  
*Musarum* ( liberalium artium. )